

designatus fuerat Donatarius aliorum eius fratrum; In secunda simul cum aliis fratribus bona donavit eius filio primogenito, aliisque successore vocatis; Quoniam id quidem necessarium fore oportuit ad inducendum, quod ipsemet Joannes Georgius primogenituram supposititiam portionem, quam in priori parte dispositionis sibi merito stipulatus non poterat, non autem ad demonstrandam pluralitatem donationum, quam semper ipsimet Donatores pro unica deputarunt, ut coram ex aliis partibus ejusdem instrumenti, quae bene declarant quid in hac etiam ipsi fecerint, arguitur, textus in leg. qui filius, ff. de legat. 1. Menoch. conf. 1. n. 186. Rota decif. 587. num. 12. par. 4. tom. 3. & decif. 336. num. 4. par. 11. recent.

Minus juvat, quod per deficientiam omnium masculorum de familia cessaverit conservatio agnationis, pro cuius affectuque principaliter stipulata legitur donatio, proindeque sublati illius causa finali, ipsa quoque donatio resoluta, & bona revertantur ad Donantes; Quia praeter quod in instrumentum donationis non unica tantum exposita fuit causa donandi pro conservatio agnationis, sed plures aequae principaliter, mutui scilicet amoris inter fratres, & oneris, quod Joannes Georgius in seipsum assumpserat solvendi Principis Olympiae Seniori annua scuta 1200. ac ulterius, quia sic Donantibus de rebus suis disponere placuerat, quatenus alterutra subsistente, subsisteret etiam donatio, ut probat Surd. conf. 531. nu. 7. Marcol. var. res. fol. cap. 2. num. 8. lib. 2. Modern. Reverendissimus Italic. select. cap. 24. num. 12. & cap. 505. num. 23. Rota decif. 586. num. 11. & 13. coram Bichio decif. 94. num. 6. & 16. par. 12. decif. 68. num. 6. & 7. par. 13. recent. & in dicta Romana donationis 12. Maji 1690. §. Minus coram me. Quatenus etiam conservatio agnationis dici debuisset unica causa finalis donationis, non tam illam deficientem bona revertantur ad Donantes, a quibus per actum irrevocabilem sublatum fuit quodlibet jus illorum reversionis, sed libera remanent penes Donatarium, & ad quoscumque eius haereses transmittuntur, ut de veriori testatur, Spad. conf. 96. num. 9. lib. 1. Capp. Galeot. contr. 21. n. 14. & 18. Capon. contr. 94. n. 5. Rota dec. 98. n. 14. p. 22. dec. 68. n. 6. & 7. par. 13. dec. 239. nu. 11. par. 17. recent. & in Mediolanen. bonorum 12. Martii 1683. §. Minusque, coram bene memorie Albergato, & in Afulana Parochialis 30. Martii 1684. §. Minus relevat, coram bene memorie Benincasa.

Nec similiter adveniat praesumpta voluntas, seu verisimilitudo, quod Donantes excludere noluerint proprias filias, si cogitasset, quod ex Joanne Georgio nulli nascituri fuissent filii masculi ab his contemplati, quia praesumptio, seu verisimilitudo non attenditur ad evitandam donationem peritam, & irrevocabilem, imo in contrarium assistunt potius perpetuata, ac transmittitur ad quoscumque haereses connaturalibus actui, de quo agitur, ut ponderat Rota decif. 458. num. 5. & 6. par. 13. recent. & in dicta Romana donationis 12. Maji 1690. §. Denique coram me. Imo si in talibus donationibus patris, & irrevocabilibus, nec etiam reversione datur ad favorem Donantis superviventis Donatario, ut sequendo litteralem dispositionem text. in d. leg. Si quis argentum 35. in fin. Cod. de donat. probat Bart. in leg. si ita stipulatus 115. nu. 41. ff. de verbor. obligat. lat. Cravett. conf. 102. num. 2. & per tot. Marcol. var. res. lib. 2. cap. 20. num. 5. Mant. de tacit. lib. 13. tit. 21. num. 20. ubi quod ab hac sententia non est recedendum, quam alii omnibus approbarunt Senatus Gratiopolitanus apud Guidopap. quest. 147. num. 2. post med. & seq. Confil. Neapolitanum apud Franc. decif. 59. ubique Amendol. in addit. Senatus Pedemontan. apud Theaur. decif. 13. ad med. & decif. 70. ad med. vers. dico autem. Regia audientia Apuliae, apud Viv. decif. 421. per tot. Rota Lucen. apud Magon. decif. 87. nu. 13. Rota Maceratae apud Gratianum decif. 41. numer. 2. & 4. & continuo complexa est Rota Romana, ut in decif. 587. num. 1. par. 1. recent. decif. 393. num. 7. par. 5. decif. 9. num. 7. decif. 68. num. 7. & decif. 434. num. 3. par. 13. decif. 239. nu. 11. par. 17. decif. 155. num. 9. par. 18. decif. 84. num. 22. coram Duran. decif. 604. num. 7. coram Merlino decif. 1788. num. 13. & 14. coram Coccino decif. 186. numer. 29. & seq. & decif. 555. num. 4. & seq. coram Bichio, & in Perusina, seu Eugubina donationis 24. Aprilis 1671. §. Ipsi enim habent, coram Calataji, & in Romana, seu Ferretana donationis 16. Junii 1690. §. Minus aliena coram me, & novissime in tribus decisionibus editis 12. Maji 1690. 3. Decembris 1691. & 9. Maji 1692. in Romana donationis de Gavottis pariter coram me. Quanto minus praesumpta voluntas, seu verisimilitudo attendi debent ad favorem filiorum in hoc casu,

in quo Donantes expressè cogitarunt de masculis, qui ab ipsis quoque forsitan nascituri erant, eosque excluderunt in concussu aliorum, qui nascituri sperabantur a Donatario, expressè renuncians beneficio leg. si nuncquam. Cod. de revocand. donat. ad quem effectum factus fuisset etiam generaliter substituisse post defectum primorum vocatorum, ad tradita per Fran. Palm. conf. 26. num. 6. Cutelli. de donat. disc. 3. par. 6. nu. 31. & seq. Fontanell. de pact. nuptial. claus. 5. glof. 3. par. 3. n. 6. Torre de pactis lib. 2. cap. 29. n. 16. Rota post ipsum dec. 119. n. 3. & dec. 163. n. 2. par. 15. rec.

Denique non urgent argumenta deducta ex regula textus in l. Cum avus, ff. de condit. & demonstrat. & l. Cum acurifsimi, C. de fideic. Quoniam illa vindicant sibi locum in ultimis voluntatibus, in quibus ad favorem proximiorum, quandoquidem suppleri solent supra iudicia defunctorum, non autem in donationibus, aliisque contractibus inter vivos, in quibus attendi debet sola natura actus gesti, & proprietatis verborum, nec admittuntur contrariae praesumptiones, & concluditur, imò nec etiam ipsorummet Donantium declarationes, ut per text. in l. perfecta, C. de donationibus, quae sub mod. dictum fuit in sepe citata decisione Romana donationis 12. Maji 1690. §. in nihil relevante, & 3. Decembris 1681. §. Denique nec obstat, coram me.

Et ita resolutum fuit, utraque parte acriter informante, &c.

REVERENDISS. D. URSINO DECANO.

Romana Donationis, seu Primogeniturae de Aldobrandinis.

Luna 10. Junii 1697.

Renovata hodie coram me succedo in locum, & gradum bon. mem. Emerx Decani disputatione jam pridem coram eo excitata, & resoluta sub die 6. Aprilis anni praeteriti, An nempè Donario, seu Primogenitura per contractum à quinque fratribus nobilissimae Familiae Aldobrandinae, mutuo stipulata, ac veribus à quatuor ex illis expleta favore Principis Jo. Georgii sub his verbis - Omnes ipsi Illustrissimi, &c. irrevocabiliter, & inter vivos etiam mutua, & legitima stipulatione hinc inde interveniente donarunt: & titulo perfecte, & irrevocabiliter donationis dederunt, cesserunt, concesserunt, & transulerunt jure proprio, & in perpetuum, & quilibet eorum respectu irrevocabiliter, ut supra, & inter vivos donavit, esse, & jure proprio, & in perpetuum, videlicet dictis Illustrissimis, & Reverendis, D. Cardinalis S. Casares, & Illustrissimis, & Excellentissimis, DD. Hippolytus, & Aldobrandinus dicto Illustrissimo D. Joanni Georgio Aldobrandino eorum germano fratri cuiusvis naturalis durante, & pro se, & aliis infra dicendis in presenti donatione vocati, & comprehensi, & omnibus, quorum interest, intererit, vel interesse poterit quomodolibet in futurum, &c. acceptanti, & stipulanti - una cum successiva primogenitura graduale post mortem Joannis Georgii ordinata, an inquam donatio ista caduca jam Primogenitura per obitum quinque fratrum absque filiis masculis, quoad portionem Petri Aldobrandini resoluta remanserit, itaut fiat locus reversioni bonorum favore Mariae illius filiae ad immisionem, ex interdicto quorum bonorum agentis tam titulo hereditario patris, quam Catharinae sororis praemortuae, seu potius eadem bona libera remanserint favore Joannis Georgii primi Donarii, & postmodò loco defuncti, adeo ut vi transmissio, & ex operatione legis juridicae pervenerint in Olympianum juniozem Principissam Rossani ejus filiam, ac haerem testamentariam Hippolyti patris, & autrhem modernorum Principum Colligantium Burghesi, & Pamphili DD. Ipsi perpenis verbis, contextu, & natura donationis stipulatae, matureque libratu fundamentis, sub quibus praerita decisio firmavit, non esse locum reversioni; quidè quod non constare de causis reversionis in megrum, denò in eadem invenit sententiam, quam sub congruo dubio requisiti pandere decreverunt cum rescripto in Decis.

De natura namque donationis irrevocabilis, & inter vivos tunc specialibus promissionibus de non revocando, totumque effrenatis clauulis concepta est, ut nisi appositum fuerint ad Donante litterale pactum reversionis, statim dominium rei donatae, secuta praesertim traditione, transferatur in Donatarium, bonaque adiecta à Donante, taliter sint, ut ad eum ullo modo, & ullo unquam tempore revertantur, quia cum donatio sit in sui proprietate actus abdicativus largitatis, seu verius deiectionis, ut notabiliter per text. in l. 7. ff. de donat. dicebat Rota

Rota in decif. 155. num. 9. & seq. par. 13. ubi ad Donantem revertantur, necesse est, quod de regressu ille pepigerit, quia alius deficientis pacto reversionis ad haereses jure transmissio, & legis ministerio perveniunt per text. in l. si quis argentum, §. fin. C. de donat. ubi determinatur. Non solum eos dum superjuncti, sed etiam eorum successores redde compelli non tantum eis, in quos donatio facta est, sed etiam eorum haeresibus, & ampliatè notat glof. ibidem in verbo casibus, ubi subjungit hoc procedere in quibuscumque donationibus, & concordat alter Textus litteralis in l. prima, §. Isitur, ff. eodem, & ultra concordantes allegatos in decisione, quae confirmatur, §. Non obstat, dictum fuit in dec. 434. n. 2. par. 13. rec. & in Romana, seu Ferretana Donationis 16. Junii 1690. coram bon. mem. Emerx 29. Aprilis 1693, utrobique §. Primo namque coram R.P.D. meo Muto, & in alia Romana Donationis de Gavottis 27. Aprilis 1693. §. Adhuc cor. bon. mem. Benincasa.

Ideoque, ut donatio prosequatur suum connaturalem effectum abdicacionis, non requireretur tacita, vel expressa comprehensio haeredum, quia haeres ultimi venit casu, & fortuna, ut per text. in l. si sic, ff. de legat. 3. notat Bartol. ibidem, & quemadmodum posteriores Donarii, vel comprehensi, si exarent, caperent ex vi comprehensionis, iam haereses etiam non nominati capiunt jure transmissio, & simpliciter ministerio, & operatione legis, ut ad propositum adnotant Altimat. ad Rovit. conf. 15. nu. 32. Carol. Anton. de Luca post tractat. de lin. legal. tom. primo, respons. sub num. 5. §. In aliis casibus vers. Caterum. Novar. quest. forens. par. 1. qu. 67. sub numer. 6. vers. His tamen non obstantibus, & in puncto ita arguendo à laudato Textu in l. si quis argentum, firmavit Rota coram Card. Celso, decif. 294. nu. 9. & 10.

Et in praenotata theorica sequelam pro altero ex effectibus abdicativis donationis pure, & inter vivos communiter notatum habemus apud DD. quod si donatio sit facta Titio tantum, vel Titio, & ex quodendibus tantum, & sic cum dictionibus limitativis indicantibus ad oculum donationem ex volito contrahentium non excedere personam Titii, adhuc tamen non fuit adjectum pactum reversionis, & cogitatum de excludente haeredum Titii in donatione non comprehensionis, eo mortuo sine defecitibus, res donata non revertitur ad Donantem, sed transit ad haereses Donarii, non tanquam in donatione vocatos, sed uti venientes sortuto, & tanquam successores Titii, qui per donationem irrevocabilem quassit dominium, ut in puncto est celebris decisio unica per totum, & n. 6. de donat. coram Achille de Grassis, & aliis relatis comprobat prima cause decisio, §. Neque in contrarium, vers. Et in fortioribus, quibus ad id potest Carol. Anton. de Luca post tract. de lin. legal. tom. primo respons. 1. n. 2. & in animadvers. ad Gratian. decisat. 568. num. 2.

Et hoc speciale est in donationibus puris, & irrevocabilibus ad differentiam conditionalium, de quibus loquitur Rota coram Merlino, decif. 664. sub num. 39. vers. Vel quando, & decif. 9. pariter, coram par. 7. recent. & ad contradistinctionem tam concessionium titulo praecatio factarum, de quibus in l. cum Praecar. 12. ff. praecar. ubi glof. bene exemplificat, quarum earum quae pro simplici usu, vel servitute stipulantur, super quibus sunt textus in leg. Lutus, 37. ff. de servitut. rustic. praed. & cap. Nusper, de donat. inter vir. & uxor. & denique ad notabilem disparitatem, quae intercedit inter donationes puras, & legatas, & fideicommissas, vel similes dispositiones factas per ultimam voluntatem, vel causa mortis, quia licet in legatis, & fideicommissis ad vitam alicujus conceptis, haeres defecit perfontem contempatis venire non possint, quia legatum, vel fideicommissum considerantur, non uti perpetuo, sed tanquam merè personalia, sique non transmissibilia extra personas vocatas juxta text. apertum in l. illud 26. C. de legat. 1. §. 19. num. 61. & seq. & à Rotam Senogalieu. legati coram Mant. inter eius impressi decif. 19. contrarium tamen militat in donationibus puris, & irrevocabilibus, quia in illis considerabilis non est nec conjecturata mens disponentis, ocafo, vel causa finalis dispositionis, minime an ex iudicio contrahentium possint esse, vel pure, & absolute abdicative, vel merè personales, & translativae, ut animadverti potest in renunciationibus etiam admixtis donationi, vel confamilibus dispositionibus, sed semper perspicuius ejus proprietatis, uti pura importans abdicacionem, ac deperditionem sapiens, nisi ponatur pactum reversionis, prout litteraliter appositum legitur in l. frerum, Cod. de donat. quae Card. de Luca, Lib. X.

sub modo ubi de reversione expressè conventum adnotamus, ubi - haec post mortem ejus, qui accepit ad te rediret - Eademque conventio reversionis praemissa habetur in serie facti proposita conf. 106. Decii, & in alia consimili donatione, de qua in Viterbien. Castrorum coram Coccino apud Fusar. confil. quarto, sub num. 2.

Quamobrem, semoto pacto reversionis, donationes puras, & suapte natura abdicativas non alterat verisimilis mens Contrahentium, quae sola spectari potest in ultimis voluntatibus, in quibus lex ipsa supplet, quandoque voluntates Defunctorum ut in vulgaris functionibus, l. cum Avus, & l. cum acutissimi, non autem in contractibus donationis pure, & irrevocabilis, in quibus attenditur sola natura actus gesti, ac proprietatis verborum, & (pernitur praesumpta voluntas desumpta ex verisimili, quia alias omnes donationes mutarent naturam, & de irrevocabilibus defecissent in revocabiles, cum nemo, aut pauci praecogitent includere haereses extraneos Donarii, in quibus tamen lex operatur contrarium, sequens naturam actus transitoris adhaereses, ut ad propositum dixit Rot. in Romana Donationis 12. Maji 1690. §. Neque in contrarium, & seq. & 3. Decemb. 1691. & 9. Maji 1692. coram bon. mem. Emerx.

Eademque ratione donationes pure earum efficaciam abdicativam non minuunt, vel ex deficientia Personarum contemplatarum, vel ex cessatione causa finalis Contractus, quia aduchis datis circumstantiis; Bonna non revertuntur ad Donantes, sed remanent libera penes donatarium, & Jure transmissio, ac sortuto, seu Ministerio Legis quaesito, transiunt ad haereses ejusdem, Textu in l. si quis argentum, §. 6. lib. 1. n. 1. Cap. Galeot. contr. 22. n. 14. & 18. Capon. contr. 94. n. 5. Mant. confil. 262. n. 9. & conf. 459. n. 23. & seq. Rota dec. 98. n. 6. & 7. p. 17. & in Mediolanen. Bonorum 12. Martii 1683. §. Minusque advectantes, coram bon. mem. Albergato, & in Afulana Parochialis 30. Martii 1684. §. Minus relevat coram bon. mem. Benincasa.

Cum ergo in hypothesi ex verbis praenotatis in principio dubitari non valeat, nos versari in donatione pure irrevocabili, & clausulis effrenatissimis concepta, quae juxta sui naturalem proprietatem est perpetua, & transitoria ad haereses, licet illorum nomen fuerit omnifium, cum sufficiat non esse nominatim exclusos, aut non cautum de reversione ad commodum Donantis, ut bene Rota coram Priolo decif. 381. num. 3. & decif. 422. numer. 3. cum seq. & decif. 255. numer. 5. coram Alexandro VIII. & in d. Afulana Parochialis 5. Junii 1684. §. quod vero coram bon. mem. Benincasa, illa restrictio non valuit ab hodie iterum incuncta praescriptione temporis ad vitam Principis Joannis Georgii ibi - ejusvis naturalis durante - quasi quod uti temporaria per ejus mortem resoluta remanserit, & virtute implicitae reversionis, & impliciti impedimenti transmissio, etiam dicatur per aequipollens cautam de pacto reversionis. Etenim dicta clausula, cum majorem restrictionem ferre non valeat, vel potentioris temporis praescriptionem fecum ferre dictionibus personalibus, & limitativis donationis pro Titio tantum, vel defecitibus Titii tantum, sicuti ex praemissis probatum est, memoratas dictiones personales non limitare naturam perpetuam donationis pure, nec illas aequipollere pacto reversionis, nisi in certa specie dispositionum, utpote in legatis, & fideicommissis de sui natura non perpetuis, itatis jam supra contradistinctis à Donationibus puris ita pariformi ratione praescriptio temporis contenta in adjecto Vita Naturalis durante, licet qualicet donationem restrictam ad Personam Principis Joan. Georgii, non tollit tamen effectum perpetuitatis, quem in sui Originaria proprietate donatio pura quem fert, & ea immutata ratione, quod quando res est suapte natura transitoria ad haereses, & illi non fuerunt nominatim exclusi etiam respectu Personae contrahentis stipulatio connotata fuerit dictionibus limitativis, illae censentur adiectae, ad explicandam Personam Contrahentis, non ad limitandum Contractum, ita ut appositae dicantur demonstrative, & non taxative, ut textu litterali in leg. si necessarius 8. §. de vendendo pignore, ff. de pigorat. actio. ubi postquam Pompon. definit, sed est creditoris dumtaxat Persona fuerit comprehensa etiam haeres ejus jure vendat, si nihil in contrarium actum est - Glof. ibidem apposta notat, cum enim pactum dirigitur in Personam non est idco, ut sit personale, sed ut demonstratur, persona cum qua sit - & apprimè distinguendo inter

materias indifferentes, & aliás de sui natura perpetuas, & transmissibiles ad heredem, firmavit Rota decif. 371. n. 11. & seqq. & signavit n. 23. part. 1. recent. ubi quod dictiones personales censentur apposite demonstrativæ potius quam taxativæ, & relatis Concordantibus apud Priolum decif. 422. a num. 3. ad 7.

Idque potissimum urgere DD. visum est, iterum perpenso toto donationis Contextu, etenim in primis patuit Joannem Georgium acceptasse donationem non solum pro se, & comprehensum in ea, sed etiam pro omnibus quorum interesse, & interesse poterit quomodolibet in futurum, quæ verba cum referri non possint, nisi ad ipsos hæredes Joannis Georgi, eo quia respectu vocatorum, adest Peculiaris, & contradictoria acceptatio, exinde subintrat satis nota, & admittit propositio, quod data acceptatione, & stipulatione pro hæredibus, etiam si donationis verba sint personalissima, vel restricta, adhuc transmissionem non excludant favore hæredum, de quibus mentio facta est, ut explicat Alciar. Antesignan. contrariæ opinionis in conf. 151. lib. 5. ubi tenet, quod facta mentione hæredum transit ad eos donatio, etsi concepta pro Perro sua vita durante, & reprobat, seu explicat Alciato, Ripa respons. 1. num. 6. de donat. Zanch. in l. heredes mei, §. cum ita part. 4. numer. 18. & 19. & 157. Carol. Anton. de Luca de linea legal. part. 1. respons. 1. numer. 6. & latè Rota decif. 142. numer. 8. part. 4. tom. primo recentiorum.

Nec in præsentibus potest mentionem habitam fuisse de hæredibus, quia cum primo donato facta fuerit Joanni Georgio pro se, & aliis infra dicendis in presenti donatione vocatis, & comprehensis, & subinde omnibus quorum interesse, intererit, vel interesse poterit quomodolibet in futurum sub his postremis verbis per aequipollens, censetur stipulatum pro hæredibus, quia præter comprehensos in donatione, & primogenitura, mentio interesse habentium quomodolibet, & in futurum verificari non poterat nisi in solis hæredibus Donatarii juxta ea, quæ tradit Marcabrum. consil. 3. numer. 61. & 126. Cattel. de donat. discor. 1. special. 24. numer. 15. vers. per quæ verba, lib. 1. Rot. decif. 273. numer. 6. & seqq. lib. 3. coram Puteo decif. 587. numer. 3. part. 9. decif. 230. numer. 7. part. 14. decif. 261. numer. 6. part. 16. recent. & in Romana donationis de Gavottis 12. Maji 1690. §. quam etiam coram bon. mem. Emeric.

Haud urgente replicatione, quod subsequens acceptatio Joannis Georgi intelligatur stipulata solum favore Primogeniti pro tempore in infinitum vocati, non vero aliorum qui in donatione vocati non fuerant, quia contrarium comprehenditur ex factis, & verbis ipsius stipulationis, quæ licet primario concepta sint pro vocatis, & comprehensis, postea tamen subsequenter copulativa acceptatio interesse quomodolibet habentium, quæ cum importet generalem expressionem respicientem personas diversas à vocatis, & verificari non valeant, nisi in hæredibus Donatarii, quorum etiam mentio legitur in sine Donationis, de illis proinde prædicari debet, ut prosequitur Rota dist. decif. 273. numer. 6. & sequent. lib. tertio, coram Puteo.

Secundò collimabat ad assumptum, quod verba, tempus prænitium designantia, apposta fuerint demonstrativæ, & non taxativæ, quia in casu post mortem primi Donatarii sunt vocati, & substituti alii cum ordine Primogenituræ gradualis, & perpetuæ. Ideò mentio vitæ primi Donatarii habita in Contractu non censetur adjecta ad limitandam Donationem, eamque faciendam temporalem, sed in gratiam Substitutorum, & vocatorum subsequenter, ac ad indicandam gravamen restitutionis post mortem primi Donatarii, ut optime explicat text. in leg. fin. de usufr. carum rerum, quæ usu consumuntur, & probant suo calamo relati DD. in prima cause decisione, §. Præmissa autem fortius.

Admittentibus Defensores Ducifre Mariæ veritatem hujus propositionis in abstracto, sed illam contendebant applicari Thematè presentis Controversiæ, ex quo negabant Joannem Georgium gravatum fuisse restituere Primogenitis subinde vocatis, id potissimè arguendo ex quo vocatio Primogeniti stipulata fuit per viam novæ donationis conceptæ verbis directis ibi don. vit. cessit, concessit, ac transiit, quæ sine improbatione, & violatione literæ interpretari non valent, ut importent gravamen restitutionis, cum potius aperta sint non directam vocationem à prima totaliter independentem importare.

Verum retenta regula, quod data contraria voluntate con-

trahentium verba directa obliquantur, & inducunt gravamen restitutionis, si non est vi verborum, ex volito tamen dispositionum.

An singulari contractus Partibus eliciebatur Joannem Georgium gravatum fuisse restituere aliis successive vocatis. Primo etenim deprehenditur ex illis verbis sub lit. N. Instrumenti Primogenitura ibi deinde post illius mortem quoadcumque supervenientem, quæ importat compendiosam comprehendentem fideicommissariam, vulg. l. Centurio, ff. de vulg. & pupill. cum aliis per Peregr. de fideic. art. 4. sub num. 19.

Secundo ei fuit prohibita detractio Trebellianicæ, & falcidiæ, ut in instrumento donationis lit. geminata D. Unde cum Trebellianica non detur, nisi in premium restitutionis, arguit proinde illius prohibitio, fuisse ipsi donata bona cum onere restituendi subsecquenter vocatis, ut inferunt Urecol. consil. forens. 29. n. 14. & plurib. seqq. sign. inter n. 22. & 23. & Rota decif. 460. n. 1. & 2. part. 14. recent. & in Romana Bonorum 28. Februarii 1695. §. Tum etiam coram R. P. D. Molines.

Nec urgebat ponderatio, quod prohibitio detractio fuerit penitus inutilis in fideicommissario ordinato pro contractu, in quo locum sibi non vindicat detractio falcidiæ, vel Trebellianicæ. Etenim quidquid sit de hoc, cum illa fuerit serio, & pensatè apposta, & ulterius vestita ratione, ut Bona omnia donata integrè perpetuo remaneant in familia Aldobrandina, hoc unum certum est ab ea induci gravamen de restituendo per viam fideicommissi, quia voluntas & intentio Testatoris, bene etiam deducitur ex falsa credulitate, vel actu nullo, ut tenet Paris. conf. 79. numer. 16. lib. 2. & conf. 7. n. 23. lib. 3. Rota decif. 934. numer. 13. coram Seraph. & in Toletana hæred. 16. Maji 1687. §. Tum denique, coram me.

Id ipsum comprobatur, ex quo in omni loco, in quo Donantes mentionem fecerunt de Primogenitis, qui affeque debebant bona post Joannem Georgium, eos vocarunt Successores, ut patet ex ea parte, in qua demandatur præstatio Juramenti ibi Erenibilonium Primogeniti Successores præditi, ut in Instrumento Primogenituræ literis MM. & melius in demandando Investimento futurum quinque mille pro quolibet ibi Ut dictus Joannes Georgius, & Successores omnes, & singuli eorum Successores in dicta donatione, & Primogenitura teneretur lit. ZZ. idemque clarus habetur sub triplicatis lit. A. C. & G. ex quibus patet, quod omnes Primogeniti vocantur Successores Joannis Georgi, quod subsistere minime valeret, nisi Primogenitura incepterit in Joanne Georgio, & ipse consideretur primus ex Primogenitis gravatus aliis restituere, cum non possit esse Successor, qui Antecessorem non habet, maxime attenda diffinitione alius Primogenitis Implicativa filium, ut perpendi Rota coram Duram. decif. 146. numer. 17. & sequent. coram Priolo, decif. 21. numer. 6. & in recent. decif. 104. numer. 12. part. 6. & decif. 16. numer. 9. part. 11. recentior.

Demum incalciscit argumentum, ex quo in omnibus provisionibus in Ereccióne Primogenituræ demandatis, Joannes Georgius consideratus fuit una simul cum aliis Primogenitis successive vocatis, & omnes equiparati tam quoad honores, quam quoad onera, unde sicuti controversi non valet, quod alii Successores invitati fuerint sub titulo Primogenituræ, & gravamine restituitorum, ita pariformiter invitatus, ac gravatus censeri debet Joannes Georgius ad hoc, ut equiparatorum eadem sit ratio, & disciplina, ad monitum text. in leg. prima, ff. de legat. primo, Bero conf. 27. numer. 3. lib. 1. Surd. consil. 384. numer. 22. Marc. Anton. variarum resolut. lib. tertio, resolut. 15. numer. decimo, & Cardinal. de Luc. de Emphy. discurs. 50. numer. 7. in fine.

In quorum omnium corroborationem addi potest, quod veniente casu, quo Joannes Georgius decessisset sine filiis masculis, voluerunt Donantes, quod succedat Princeps Hippolytus per ea spectabilia verba in Instrumento Primogenituræ sub lit. R. recentia ibi seu ipso Joanne Georgio, sine descendencia præditi deficiente in Castris, Bonis, & Juribus donatis, succedat Hippolytus illius Germanus frater. Quamobrem, ut Hippolytus alicui possit succedere necesse est Joannem Georgium in eadem Primogenitura præcessisse, ut ei ex fideicommissio successores esset Hippolytus, ad tradita per Valquez de success. progress. in præfatio numer. 9. Gurb. de feud. glof. 5. §. 2. numer. 10. Torr. de success. in Primogenitura haliæ, part. prima, cap. primo, numer. tertio.

Dato

Dato autem gravamine restitutionis in Joanne Georgio primo Donatario, inutilis remanet questio hodie denuo exagitata à scribentibus pro Ducifra Mariæ super dualitate, seu duplicitate donationum, quarum alteram concipiebant prænitium ad tempus filio Primogenito si supererit, quoniam conditionalem pro ejus filio Primogenito si supererit, quoniam præter cætera argumenta de hac dualitate, hoc unum latè ex præter, contra appositam hanc dualitatem, hoc unum hodie sufficit ad effectum, de quo agitur quod primæ donationis, seu primæ illius pars continet gravamen restitutionis favore Comprehensorum in posteriori donationis parte, ad hoc, ut etiam subsistente dualitate excludi minime valeat successio per viam fideicommissi, quia in his terminis duplicitas consideratur tantum improprie, hoc est tot esse Donationes, quot sunt Personæ, seu gradus contemplati ad hoc, ut secundum Donatarius, seu substitutus non veniat ex Jure sibi per primum transfusio, sed independenter ex persona propria, seu ex providentia Donantium, non autem ad hoc ut secundum Donatarius, seu substitutus non dicatur primo succedere per viam fideicommissi, & sic due, vel plures considerentur Donationes, non autem una continens sub se plures personas, & donationes, per quas unusalteri succedat per fideicommissum bene semetipsum declarat Bald. in consil. 374. vers. sed contrarium videtur, & clarus Molin. de Primogen. lib. 1. cap. 2. num. 17. ibi quomodo improprie resistent tot Donationes, vel substitutiones.

Quamobrem dato originario gravamine per fideicommissum in genere subalternante una censetur esse receptio, atque vocatio, licet in speciebus subalternatis, tot considerentur donationes, quot Personæ, & gradus non ad excludendum gravamen restituitorum, sed ut quilibet ex vocatis veniat Jure dilecto in unoquoque gradu, non autem Jure transfusio, ita ut primo gradu excludi veniat sequens Jure suo, & donatio in precedenti gradu jam consumpta, in sequenti tanquam nova incipiat, ac instauratur, seu fiet principaliter de per se, ut ex Andr. de Iernianis cap. Imperialis. Præterea Ducatus, n. 38. col. fin. vers. censetur plures donationes, de prohibita feudorum alienatione, per Fedet. & Castren. in leg. fin. in princip. Cod. de legat. & conf. 64. numer. divers. applicando agitur ad casum nostrum, vol. 2. tunc ut Gratian. discept. forens. 751. n. 23. & discept. 247. num. 10. Molin. de Primogen. d. lib. 1. cap. 1. num. 17. Giorba de success. feud. §. 2. glof. 13. nu. 181. & Rota in famigerata Viterbien. Caltorum coram Coccin. decif. 1788. numer. 43. & sequent. & in eius Confirmatoria 2121. numer. 52. & 53. ubi latè concordant.

Et ita etiam magistraliter distinguit glof. in l. Servo alieno 116. §. si quis a primo, ff. de legat. & sibi primo, ubi postquam figuravit casum duorum equaliter institutorum ibi institui mihi heredes primam nomine, & postea institui secundum, & a primam nomine, & postea institui secundum, & a primo legat. Titio Centum, & a secundo legat. 200. eadem Titio, postea ita dixi, quæ legata reliqui præstari volo, certè videor repetisse tercenta. Contrarium firmat dato gravamine substitutionis, & per fideicommissum ibi Secus autem est in ipso alio casu institui mihi heredes filium meum impuberem ab eo legata reliqui, eadem substitui Stichum, & ab eo substitui ita repeti, &c. Idemque firmat Bartol. ibidem distinguens inter substitutionem vulgarem, & pupillarem. Quapropter cum in casu facti superque probatum habeamus donationes non fuisse diversas Jure directo, sed tantum Jure obliquo, & designativo gravaminis in diversis personis, & gradibus demandatis, duplicitas dispositionis considerabilis non est nisi ad diversificandam Jus vocatorum, quoad Jura fideicommissaria, non vero, ut vocatio unus propriè censetur nova, & independens ab alia, ut nuper ex auctoritatibus relatis firmatum fuit.

Nec aliquid prævaluit apud DD. exagerrata observantia desumpta, ex quo de illis demum donatis disposuit Joannes Georgius, nec non etiam Cardinalis Hippolytus, qui non potuisset disponere, nisi cum supposito donationis resolutæ, & portionis suæ ad se revertere, ut dicitur in Romana Primogenituræ de Aldobrandinis 20. Junii 1687. §. Concurrat pariter, coram me.

Animadvertentibus siquidem DD. quod ex presenti elicitur potius contraria observantia; Non enim quisque prædictorum disposuit de portione sua, sed uterque de omnibus bonis in Donatione comprehensis, nempe Princeps Joannes Georgius disposuit de integris bonis donatis, idemque fecit Cardinalis Hippolytus. Et tamen data resolutione donationis ad unumquemque revera esset portio propria, &

Card. de Luca, Lib. X.

neuter potuisset de omnibus bonis disponere. Imo Cardinalis Hippolytus ideo disposuit de integritate bonorum, quia ipse tanquam ultimus superstes omnium fratrum, qui donaverunt, credidit potuisse, non obstante, quod esset Clericus, succedere, & de omnibus bonis liberè disponere, & proinde uterque processit cum hoc supposito, quod donatio non esset resoluta, sed purificata liberè in ultimo superstite capaci, & cum pleno Jure de bonis donatis disponendi favore hæredum, & extraneorum, quod convalidat ad evidentiæ argumenta omnia supra adducta, ex quibus elicitur talem esse effectum Juris, talemque fuisse voluntatem donantium.

Et ita prætermissis levioribus, quibus satisfaciebant informantes, & præterita Cause decisio, resolutum fuit omnibus Dominis suffragantibus, & partibus in acerrimo Contradictorio propria Jura deducuntibus, &c.

BONONIEN. FIDEICOMMISSI VEL PRIMOGENITURÆ DE GINIS,

PRO

CESAREGINO

CUM

CESARE RIGUTIO

Casus decisus per Rotam pro Cesare.

Vocato primogenito, seu primo filio alicujus ad fideicommissum, vel primogenituram, cui alter sit substitutus; An defecto primo vocato, succedat substitutus, vel potius succedat alii filii, & descendentes de primo genere vocato, & admisso, ad eandem materiam, de qua supra disc. 117.

S U M M A R I U M.

- 1 Facti series.
- 2 De generalitatibus, quæ deducebantur in contrarium.
- 3 Quod sit immorandum in substantia voluntatis, non autem in figura verborum.
- 4 Ubi agitur de eadem questione.
- 5 De differentia inter casum, in quo contendatur de expiratione fideicommissi, & alterum, in quo eo durante contendatur de pertinentia.
- 6 Primogenitura de eorum natura sunt perpetua.
- 7 Quod censetur facta vocatio potius generis, quam singularum personarum.
- 8 De argumentis, & circumstantiis in facti specie concurrentibus.
- 9 In una, eademque familia possunt esse nobiles, & ignobiles, & de familia identitate.
- 10 Quod soleant alii illi, qui habent idem cognomen, quomodo non adieci identitas familie.

D I S C. CCVI.

Cæsar de Ginis, ubi filios non haberet ut contigit, instituit in usufructu, Camilla uxore, Vincentio Taccono ex forore nepote, & Marco famulo, ad proprietatem vocavit filium primogenitum à dicto Vincentio procreandum, cum tunc non haberet, neque post haberet, deindeque ejus secundogenitum, eorumque posterioritatem, cum onere primogenituræ, hique defunctis, vel non extantibus primum filium nasciturum ex Galeatio de Ginis, quem voluit ab usufructu in domo educari, eique nomen Cæsaris imponi, & in ejus defectum secundogenitum, istique defunctis, adeo ut deficeret ista linea de Tacconis, & Ginis, vocavit filium primum nasciturum ex Helena filia dicti Galeatii, & in istius quoque defectum, primum filium nasciturum ex Thadeo, vel Mario de Rigutis, & sic successerunt in defectu istarum linearum, idem in descendencia de Pacarelis, deinde in illa de Bovis, & demum in illa de Barzellinis, cum eodem præcepto, ut cum ordine primogenituræ in qualibet linea succederet assumeret nomen, & cognomen ipsius Testatoris.

Cum autem dictus Galeatius tres procreaverit filios, quibus omnibus nomen Cæsaris imposuit, ipsorumque primus post defunctos usufructuarios hereditatem obtinuit, eo defuncto, acetiam prædefuncto seundo filio, inter tertium, &c.

Cc 2 titum,